


h. 563.



H O M E R I C A .

SCRIPSIT

GEORGIUS SCHMID,

DR. PHIL.

DORPATI LIVONORUM.

CUM TYPIS E. J. KAROVII.

—
1863.



Einladungsschrift

zur

öffentlichen Prüfung

und zum

Redeact

im

Arensburgischen Progymnasium.

1863.

Einladungsschrift

öffentlichen Prüfung

Von der Censur gestattet.
Dorpat, den 4. Mai 1833.

Arznenburgischen Progymsium.

1833

H O M E R I C A .

SCRIPSIT

GEORGIUS SCHMID,

DR. PHIL.

LIBRARI
74922

DORPATI LIVONORUM.

CUM TYPIS E. J. KAROVII.

—
1863.

Praefatio.

Anno 1859 quum Ludov. Friedlaender, vir doctrina insignis, de Homero optime meritus, in Annal. Jahn. Supplem. vol. III p. 457—484 Analecta HomERICA edidisset, simulatque ea huc perlata sunt, singularem in modum legendis iis delectabar. Quum autem identidem ea retractarem factum est, ut admirationi meae, id quod Lessingii verbo usus ipsi sibi evenisse dicit Friedlaenderus, dubitationem viderem admiscendam esse. Atque oblata hac scribendi occasione, quae inter legenda Analecta et dum carmina Homeri iterum iterumque lego, mihi in mentem venerunt, ad defendendum hunc poetam idonea, ea composui. Qua in re hoc potissimum secutus sum, ut ea quae nullo modo neque interpretandi ratione neque conjectura viderentur defendi posse, damnanda putarem. Neque enim in eorum mihi videor esse numero, *qui clavam facilius Herculi, quam unum versum Homero eripi posse putent*. Sed in Homero probo, quae Doederlinus vir praestantissimus, quo quondam praeceptore usus sum summa pietate digno dicit: 'Apud Homerum corruptellam aliquam agnoscere ejusque emendationem tentare literulas, verba, sensus immutando (nam integros versus expellere lacunasve suspicari minoris audaciae habetur) plerosque nostrum, eos etiam, qui nobilissimos quosque poetas bonis malisque conjecturis invadere non dubitamus, sancta quaedam formido deterere solet. Ea religione dicam an superstitione ipse quoque teneor. Ac tamen necessitas aliquando urget, ut in Homero etiam legendo explicandoque aut ad conjecturas confugiamus, aut ipsum poetam inscitiae, obscuritatis, denique alicujus mendi, quod evitare in promptu erat, cum dolore arguamus.'

Quodsi autem Friedlaenderus ipse queritur de βιβλίων ἐρημία, quanto magis in hac quasi solitudine literarum librorumque penuria meis querelis locus erit! qui praeter Bekkeri in Iliadem, Buttmanni in Odysseam scholia et editiones Fasii, Ameisii, Crusii vix quidquam habuerim supellectilis Homericae!

Eos vero, qui fortasse Duentzeri verbis (epith. Hom. p. 27) usi cum dolore dicant, quorsum fiat, ut quae alii prospere inquirendo invenerint, identidem in dubium vocentur, — equidem monitos velim, haec a me scripta esse, non ut cum viro tanta doctrinae laude insigni luctarer et congrederer, quam ad rem mihi satis virium nondum esse facile concedo, sed ut, quantum in me est, conferrem ad id quod verum est, indagandum.

Arensburgi mense Mart.

I. De locis lacunosis.

Θ 228 Agamemno suos his verbis increpat:

αἰδώς, Ἄργεῖοι, κάκ' ἐλέγχεα, εἶδος ἀγῆτοί.
πῆ ἔβαν εὐχολαί, ὅτε δὴ φάμεν εἶναι ἄριστοι,

230 ἄς, ὅπότη' ἐν Λήμνῳ κενεαυχέες ἡγοράσθε,
ἔσθοντες κρέα πολλὰ βοῶν ὀρθοκραιράων,
πίνοντες κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο,
Τρώων ἀνθ' ἑκατόν τε διηκοσίων τε ἕκαστος
στήσεσθ' ἐν πολέμῳ· νῦν δ' οὐδ' ἐνὸς ἄξιοί εἰμεν

235 Ἐκτορος κ τ λ.

Est profecto in hoc loco, quod haereas; non quo interpretandi ratio sit nulla, sed quod duae hic locum habent, de quibus, quum utraque a more sermonis epici non abhorrent difficilis est optio. Aut enim poeta putari potest v. 230 leve admisisse anacoluthon, ut exciderit quod figura etymologica dicturus erat ἡρέασθε, id quod Schol. D. videtur significare dicens καὶ ἀποτελεῖ ἀνταποδοτικὴν περιόδον· οὐκ ἔστι δὲ ἀνταπόδοσις —, cujus immutationis exemplum ad concitatam Agamemnonis orationem aptissimae affert Faesius Ω 42. Aut commate interpungendum, id quod Bekkerus fecit, post Λήμνῳ, ut supplendum sit vel ἤμεν (cf. Schol. BLV οἱ δὲ σίλῳσιν εἰς τὸ Λήμνῳ, λείποντος τοῦ ἤμεν), vel, ut N 622 ἦτε, quod huic loco magis videtur aptum esse, quam ἐστὲ a Schol. D et a Faesio, vel ἐσμέν a Schol. A propositum. Quod autem tertiam loci expediendi rationem Friedlaenderus ipse non iniiit, qui Θ 186. δ 95. Γ 183 Homeri verba corrigere non dubitet, id eo magis miror, quo lenior emendaturus est literarum immutatio et quasi ipsa sese offert; possit enim ἄς ποτ' ἐν Λήμνῳ legi, vel comparato Ξ 45 ὦτ ποτ' ἐν Λήμνῳ. Hoc scilicet, quod Schol. BLV praebent ὅπότη' idem valere quod ποτέ, futile est.

Sequitur λ 412—415, ubi *Agamemnonis umbra Ulixi* narrat, quomodo perierit his verbis

ὡς θάνον οἰκτίστω θανάτω· περὶ δ' ἄλλοι ἐταῖροι
 νωλεμέως κτείνοντο, σύες ὡς ἀργιδόντες,
 οἷ βρά τ' ἐν ἀφνειοῦ ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο

415 ἦ γάμφ ἦ ἐράμφ ἦ εἰλαπίνῃ τεθαλυῖῃ.

Hanc verbi in enuntiato relativo detractionem, qua offendi-
 tur Friedlaenderus, Ameisius uno loco Θ 306 (ubi Schol. BL
 κοινὸν δέ ἐστι τὸ κάρη βάλειν) allato satis firmavit; addi potest
 Π 406 sqq.

Tertius locus, in quem Friedlaendero hoc vitii genus vide-
 tur cadere, hic est. *Sermo est de Hectoris exsequiis.*

Ω 721. οἱ δ' ἐπεὶ εἰσάγαγον κλυτὰ δώματα, τὸν μὲν ἔπειτα
 τρητοῖς ἐν λεχέεσσι θέσαν, παρὰ δ' εἶσαν ἀοιδοῦς
 θρήνων ἐξάρχους, οἳ τε στονόεσσαν ἀοιδὴν
 οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.

Viro enim doctissimo *mos epicus poscere videtur, ut ab* οἱ
 μὲν ἄρ' ἐθρήνεον *plane nova incipiat sententia.* Et incipit plerum-
 que; conferas B 1. 211. 425. 650. 870. Δ 135. E 48. 353. 550.
 556. 663. 692. N 195. 347. Σ 79. 148. 202. 252. 514. T 277.
 Υ 41. 154. Φ 51. 171. 203. 298. 426. Ψ 200. 212. X 412. Ω 188.
 610. 673. 677. α 127. 319. β 91. 148. 258. 434. γ 297. 430.
 δ 302. 743. ε 478. ζ 41. 72. κ 92. 107. 403. 423. λ 139. μ 134.
 ν 185. 219. ξ 411. ο 43. 256. 454. 461. 468. π 177. 449. ρ 505.
 589. σ 197. 462. τ 414. 440. 455. 459. 462. υ 109. 164. χ 498.
 ψ 131. 152. Sed ut particulae illae ibi quoque leguntur, ubi ἡ
 ἀποδοσις incipit, ut E 574. Ω 330. λ 2. ν 380. π 336. ρ 29. 302,
 ita eodem fere modo positae esse videntur ad nomen, quod prae-
 cedit, accuratius definiendum

Ψ 1 αὐτὰρ, Ἀχαιοί,
 ἐπεὶ δὴ νῆας τε καὶ Ἑλλήσποντον ἴκοντο,
 οἱ μὲν ἄρ' ἐσκιδναντο κτλ.

M 288 ὡς τῶν ἀμφοτέρωσθε λίθοι πωτῶντο θαμειαί,
 αἱ μὲν ἄρ' ἐς Τρώας, αἱ δ' ἐκ Τρώων ἐς Ἀχαιοῦς.

α 110 κήρυκες δ' αὐτοῖσι καὶ ὀτρῆροὶ θεράποντες
 οἱ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδαρ,
 οἱ δ' αὔτε σπόγγουσι πολυτρήτοισι τραπέζας
 νίζον.

Praeterea compares E 79. P 430. Ψ 887; et quod Faesius
 affert α 116. Ceterum ut hoc recte vidit Friedlaenderus, fore,
 qui hic nihil desiderant, ita non defuerunt, qui sententiam se-
 querentur contrariam; neque infitias eo, si interpretationem vulgo

probatam illisque exemplis confirmatam sequi nolueris, rectius te haud dubie Heynium et Spitznerum secutum v. 721 putaturum esse natum ad illustrandos ἀοιδούς v. 720 (cf. Crusii adnot. ad h. l.) quam lacunam statuturum.

- Θ 184 ὧς εἰπὼν ἵπποισιν ἰκέλεστο φώνησέν τε·
 [Ἐάνθε τε καὶ σύ, Πόδαργε, καὶ Αἴθων λάμπε τε δῖε]
 νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἦν μάλα πολλὴν
 Ἀνδρομάχῃ, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἡετίωνος,
 ὑμῖν πᾶρ προτέρουσι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν
 [οἶνόν τ' ἐγκραάσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι,]
 190 ἦ ἐμοί, ὅς περ οἱ θαλερὸς πόσις εὐχομαι εἶναι.

Quamquam primo quasi aspectu probabile videtur, quod Friedlaenderus dicit corruptum lacuna esse hunc locum, tamen, accuratius si rem perspexeris, intelleges et de universo eum minus recte judicare et in his aperte a vero abesse. Primum enim *versum 185, quem obelo notatum esse ab Aristarcho notum sit (v. Lehrs. p. 195 sq.)*, nil se morari dicit. Quem autem certe Aristophanes alique praeter eum veterum (nam de hoc versu Aristarchi nomen ipsum non traditum est) *versum 189, eum servari posse* putat, *dummodo transponatur*. At ne hunc quidem ejicientium veterum sententiam debebat destituere (cf. Crusii adnot. ad h. v.). Tum negat quemquam posse hoc modo loqui κομιδὴν, ἦν μάλα πολλὴν ὑμῖν πυρὸν παρέθηκεν. Hoc si eodem ordine verborum dictum esset, quamquam Schol. V id ipsum vult, dicens τὸ ἐξῆς, ἦν μάλα πολλὴν ὑμῖν πᾶρ προτέρουσι ἔθηκε. τί δ' ἔθηκε; μελίφρονα πυρὸν, ego quoque faterer nimiae audaciae esse. Ubi autem inter ἦν μάλα πολλὴν et quod hanc sententiam concludit verbum finitum totus versus interest, hocne sine exemplo sit, ut poeta, fortasse dicturus ἦν μ. π. παρῆεν ὑμῖν προτέρουσι μελίφρονα πυρὸν παρατιθεῖσα, ab incepto cursu deflectat inductus orationis commotae et fervidioris celeritate, quod hujus ipsius libri πολυθρόλητον est sive laudis sive vitii genus? Talis autem anacoluthi exempla in utroque Homeri carmine satis frequentia afferre non opus est. Atque eo facilius poterat dicere Andromacham illud cibi genus prius equis apposuisse quam marito, quod πυρὸς non solum sequi, sed homines quoque vescebantur, id quod ex v 109 et o 312. ρ 12. 362 videbis (cf. Duentz p. 69). Itaque hoc, opinor, apparet illud nisi forte *Hectorem una cum jumentis ad praesepe pastum esse fingimus* facetius dictum esse, quam

verius, neque magis quemquam hoc moveat, quam illud Wolfii de Junone surda, quod quanti faciendum esset, Bekkerus demonstravit (cf. Ann. Jahn. 1862 p. 192). Quod autem hos versus ita fere legendos esse censet:

νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἦν πόρεν ὑμῖν
 Ἄνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἡετίωνος.
 ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν
 ἦ ἔμοι, ὅς περ οἱ θαλερὸς πόσις εὐχομαι εἶναι,
 σῖτον καὶ κρέα πολλὰ ποροῦσ' ὠπλίσατο δεῖπνον,
 οἶνόν τ' ἐγχεράσασα πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγει —

si recte intellexi verba illa, vereor, ut πρότερον ἢ sequente indicativo mori epico, de quo toties sermo est inter hos Aristarchos, sit consentaneum.

Qui sequitur locus ex Odysseae libro IV

ὧς οὐ τι χαίρων τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνέσσω
 καὶ πατέρων τάδε μέλλετ' ἀκουέμεν, οἳ τινες ὑμῖν
 95 εἰσίν, ἐπεὶ μᾶλα πόλλ' ἔπαθον καὶ ἀπώλεσα οἶκον
 εὐ μᾶλα ναιετάοντα, κεχανδότα πολλὰ καὶ ἐσθλά —

eum Friedlaenderus immerito dicit *omnes interpretes sicco pede transisse*, quum scholiorum Nitzschiique adnotationem ipse afferat, Faesii et Ameisii facile comparare potuerit. Suspiciatur autem corruptum esse haeretque in v. 95; in quo οἶκον recte quidem negat ad Priami regiam posse referri, id quod in scholiis fieri posse legitur, non quo *haec ambiguitas alienissima sit a more epico, ut auditoribus conjiciendum relinquatur, qua de re poeta cogitaverit*, — ejus enim ambiguitatis exempla haud dubia attulit ad π 8 Ameisius —; sed quod illa interpretatio nullo modo neque sequente neque antecedente sententia nititur, ut Friedlaenderus ipse animadvertit. Itaque recte quidem de Menelai domo haec intellegenda censet; sed in hoc maxime errat, quod ἀπώλεσα idem putat significare quod *comminuit*. Multo enim rectius Faesius convertit *,ich hatte verloren d. h. factisch während meiner Abwesenheit'*, ut eadem si potestate, qua *,carui'* vel *,privatus sum'*, eodem fere modo quo β 46 πατέρ' ἐσθλὸν ἀπώλεσα *,patre orbatus sum'*. Neve quis miretur, dictum esse *,quod satis multa passus sum et domo carui'* pro *,dum carui'* vel *,domo carens'*; ejusmodi enim parataxeos exempla non solum cum particulis δέ, οὐδέ, sed etiam cum καί confectae non raro leguntur, ut O 33 εὐνή, | ἦν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο καὶ μ' ἀπάτησας (ceterum hunc versum damnarunt veteres cf. La Roche de

accus. p. 37), ut K 224 σὺν τε δὴ ἐρχομένω καὶ τε πρὸς ὁ τοῦ ἐνόη-
σεν. Cf. A 167. N. 707. ζ 208. α 75. δ 599. β 312. — Itaque καὶ —
ἀπώλεσα idem est quod v. 92 εἶς — ἡλώμεην vel ἀλώμενος τῆλε πα-
τρῖδος καὶ οἴκου ἀφνειοῦ. Hoc modo si interpretaberis, sententia,
quantum ego video, optime cohaerebit, fratre enim turpiter oc-
ciso Aegisthi fraude negat Menelaus se iis, quae inter errores
collegerit, delectari posse. Omnia autem, quae et in erroribus
mala passus sit, posse eos vel de patribus audire; hujus rei duas
affert causas, multitudinem malorum et amplas divitias; quippe
ad illos quoque sine dubio famam esse perlatam, quantos subisset
labores quantaque pericula, quanta domo caruisset optimis et
plurimis bonis repleta. ‚Quorum’, inquit, ‚utinam tertiam par-
tem haberem, dum vivi essent qui tum perierunt’. Itaque huic
loco quae *perturbatio* insit, equidem nequeo intellegere; multo-
que minus probaverim *facillimam* illam *Behkeri medicinam* v. 94
— 96 *expungentis*, quum non *remotis* solum his *versibus*, sed im-
motis quoque *sensus et structura bene habeant*. Quod autem
Friedlaenderus negat quicquam desiderari, etiamsi ni versus ab-
sint, Nagelsbacum in praelectionibus academicis memini ad l
94 verissime haec dicere: ‚hunc versum ejecerunt veteres et Bek-
kerus, nulla autem satis justa causa; etenim quod eo *facile* ca-
remus, hoc in multos cadit Homeri versus.’ Si vero concede-
remus, alterum v. 95 dimidium corruptum et olim pro ἀπώλεσα
verbum contrariae significationis fuisse sive quod Friedlaenderus
proponit ἐπεὶ μάλα πόλλ’ ἔπαθον· τὸν δ’ οἶκον ὄφειλα, sive aliud ejus-
dem generis, tum hercle summopere mirandum esset, quonam
modo ὄφειλα, quo posito sane quidem ferenda nasceretur senten-
tia, mutari potuisset in ἀπώλεσα.

*Ulixem in mendicum transformatum de patria et parenti-
bus percontatur Penelope, cui ille sic respondet: τ 107 sqq.*

- ὦ γόναι, οὐκ ἂν τίς σε βροτῶν ἐπ’ ἀπειρώνα γαῖαν
νεικέοι· ἦ γάρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἰκάνει,
ὥστε τευ ἧ βασιλῆος ἀμόμονος, ὅς τε θεουδῆς
110 ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσω
ἰδυκίας ἀνέχῃσι, φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
πυροῦς καὶ κριθάς. βρῖθῃσι δὲ δένδρεα καρπῶ,
τίκτη δ’ ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχῃ ἰχθύς
ἐξ εὐηγεσῆος, ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ’ αὐτοῦ.
115 τῷ ἐμὲ νῦν τὰ μὲν ἄλλα μετάλλα σῶ ἐνὶ οἴκῳ,

μηδ' ἐμὸν ἐξερρέεινε γένος καὶ πατρίδα γαῖαν,
 μή μοι μᾶλλον θυμὸν ἐπιπλήσῃς ὀδυνῶν
 μνηστραμένω μᾶλα δ' εἰμι πολύστονος. κτλ.

,Qui dicit: *ideo ne me interrogas*, is causam attulerit necesse est cur interrogari nolit.' Haec Friedlaenderus, et recte quidem. Hoc potest dubitari, utrum illam causam necesse sit disertis et apertis verbis exprimat, an sufficiat eam verbis superioribus adeo significari, ut alii facili opera eam mente concipiant. Erit autem ubi illud, erit ubi hoc locum habeat. Si igitur Ulixes dixit: ,vix quisquam te, regina mortalium objurget (Schol. Vulg. *κακολογότη*) quoniam virtute inter omnes nota es': num difficilior est quam quod possit mente et cogitatione addi: ,ergo ne ego quidem te velim objurgare' —? Tum ,rogo', inquit, ,ob eam causam, ne scisciteris, quo genere sim ortus, quae mihi sit patria'. Nam quod praemisso v. 115 contrario v. 116 demum id potissimum, quod rogare vult, continetur, id neminem offendet, si quidem moris epici memor erit et urbanitatem quandam inesse sentiat, quum id, quod non vult fieri, post ea ponit, quae concedit. Simili modo Ω 568 τῷ non referendum ad sententiam huic ipsi versui antecedentem, sed ad v. 560 νοέω δὲ καὶ αὐτὸς κτλ.

De iis, qui sequuntur, locis breviter dicam, quum nihil habeam satis certi, quod afferam. Et N 207 sq. quidem *Amphimachum, qui Cteati Actorionis filius esse dicitur N 185, Hector occidit. Corpus occisi, quod Hector abripere frustra conatur, amici in castra Graeca portant; contra Imbrium Trojanum a Teucro hasta percussum duo Ajaces spoliant, caputque ejus ferro abscidit Teucer, ira incensus ob occisum Amphimachum, missumque illud per turbam ante pedes Hectoris decedit. Καὶ τότε δὴ περὶ κῆρα Ποσειδάων ἐχολώθη || υἱωνοῦ περὶντος ἐν αἰνῇ δημοτῆτι.* Ille autem nepos Amphimachus est, de quo supra sermo fuerat. Quodsi igitur Friedlaenderus putat hoc nullo modo potuisse a poeta hoc loco praetermitti, quum auditores tanta memoria esse non potuerint, ut omnium mentibus observata sit haec fabula: perdifficilis haec quaestio est neque unquam plane expediatur, quum quanta memoriae vi Homeri tempore vigerint homines, ignoremus neque illud scire possimus, num Graeci tantopere versati sint in his fabulis, ut mentione Amphimachi facta statim omnes illud υἱωνοῦ intellexerint. Ac ne hoc quidem verisimile

est, fore, ut aliquando ad explicandam hanc quaestionem quidquam afferatur, quod nihil relinquat dubii.

Quod autem ad Θ 261 — 265 pertinet, v. 266 poeta videtur dicere voluisse τοῖσι δ' ἐπὶ Τεῦκρος ἦλθε, sed fateor alterum Friedlaenderi argumentum Kaysero quoque probatum mihi non leve videri. Simili modo ad Λ 56 aut ex v. 51 ἐκοσμήθησαν aut ἦσαν cogitatione erit addendum. De ο 381 sq. denique Ameisius unus ectissime rem interpretatus esse videtur, quem velim compares.

II. De gnomis insiticiis.

De ξ 83 et θ 546 quum Friedlaenderus ipse sit dubius et sagacioribus decernendum relinquat, utrum servari possint an ejici utique debeant, mihi eodem jure uso liceat transire ad

Ξ 80, ubi Agamemno iterum fugae consilium proponens orationem suam his concludit verbis:

75 νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύονται ἄγχι θαλάσσης,
 ἔλκωμεν, πάσας δὲ ἐρύσσομεν εἰς ἅλα διᾶν,
 ὕψι δ' ἐπ' εὐνάων ὀρμίσσομεν, εἰς ὅ κεν ἔλθῃ
 νῆξ ἀβρότη, ἣν καὶ τῇ ἀπόσχωνται πολέμοιο
 Τρῶες· ἔπειτα δὲ κεν ἐρυσσάμεθα νῆας ἀπάσας.

80 οὐ γάρ τις νέμεσις φυγέειν κακόν, οὐδ' ἀνὰ νόκτα.
 βέλτερον ὅς φεύγων προφύγη κακὸν ἢ ἐάλωτα.

V. 81 Friedlaenderus (p. 471 coll. p. 472 ad θ 546) alienum putat a poeta, cujus rei certum indicium sit defectus copulae. At enim carent copula hi quoque versus: E 531. O 563. 207. Z 147. ο 78 (hic quidem ab Aristarcho ejectus). Quod ubi consideraveris, Schol. A ad O 563 haec habere: χωρὶς τοῦ συνδέσμου ἔγραψεν Ἀρίσταρχος αἰδομένων ἀνδρῶν, πάντως ἵνα ἀσύνδετος γενόμενος ὁ λόγος πλέον τε διαστήῃ καὶ μάλλον ἐμφήγη. ἄλλοι δὲ μετὰ τοῦ δ, haec Aristarchi sententia adeo probabilis videbitur, ut iis quae de defectu copulae dixit ille, et in hoc loco et in ceteris nihil auctoritatis concedi possit.

Alio loco, ο 67 sqq., versum 74, qui a Schol. Q ad ο 200 adfertur, jam Aristarchus damnasse videtur nec est quod eum defendamus, quippe de quo traditum sit: ἐν πολλοῖς οὐκ ἐφέρετο, Sed quod addit Schol. Harl. Vind. 133. Q: καὶ ἔστιν Ἡσιόδειος τῆς φράσεως ὁ χαρακτήρ, hoc vereor ne a quibusdam nimis magni fiat.

Facile enim intellegitur, quascunque apud poetam hunc legimus ejusmodi sententias vel gnomas, omnibus similitudinem quandam esse cum Hesiodi pœsi gnomica. Nec major auctoritas his de characterē Hesiodico dictis tribuenda est Σ 39. Ω 614; quibus in locis nisi ceteris argumentis fides habetur, ob illam causam non sunt damnandi. De v. 72 et 73 autem quum ipse Friedlaenderus non audeat affirmare, eos necessario excludendos esse, veniamus ad

β 270 — 280.

Minerva sub Mentoris persona Telemachum hortatur, ut iter propositum ingredi ne vereatur.

- 270 Τηλέμαχ', οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι οὐδ' ἀνοήμων
 εἰ δὴ τοι σοῦ πατρὸς ἐνέστακται μένος ἦβ,
 οἷός ἐκεῖνος ἔην τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε.
 οὐ τοι ἔπειθ' ἀλήθ' ὁδὸς ἔσσεται οὐδ' ἀτέλεστος.
 εἰ δ' οὐ κείνου γ' ἐσσι γόνος καὶ Πηνελοπείρης,
 275 οὐ σέ γ' ἔπειτα ἔολπα τε εὐτήσειν ἃ μεινινᾶς.
 παῦροι γάρ τοι παῖδες ἑμοῖσι πατρὶ πέλονται,
 οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.
 ἀλλ' ἐπεὶ οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι οὐδ' ἀνοήμων,
 οὐδέ σε πάγχυ γε μῆτις Ὀδυσσεύης προλέλοιπεν,
 280 ἐλπώρῃ τοι ἔπειτα τελευτῆσαι τάδε ἔργα.

Hic omissis, quae de Diomede, de Hectore, de Periphete addulit Friedlaenderus, omissis etiam, quae de Eustathii testimonio dixit, hoc solum intuebimur, quod dicit v. 276 et 277 *nec cum sequentibus coire nec cum praecedentibus*, non incerti, quantum periclitaturi simus iudice illo, *neminem criticae vel medio-criter peritum esse credente, qui semel monitus hos versus male interpositos esse non videat*. Rem igitur ita explicandam puto. Misso Ithacensium concilio Telemachus quamquam non afflicta spe, sed anxius tamen, quonam modo ipse solus inter tot infestissimos viros perficeret quae vellet, Minervae auxilium imploraverat. Et accurrit dea, Mentoris figuram imitata, quid aliud quam additura adolescenti animum? quam confirmatura et consolatura primum qui ipse sit admonendo, deinde suam opem pollicendo? Dicit igitur: , tu qua eris prudentia, rem optime perficies, si quidem paternam virtutem nactus es. Si minus, hujus quidem itineris spes abjicienda est'. Quodsi addit: , pauci enim patrum similes sunt' —, nonne rectissime Schol. (ad v. 276) dicit: τὸ αἶψαν τοῦ διασαροῦ —? Minerva enim causam affert,

quare dubitet, sitne Telemachus patris virtutem aequaturus necne, paucos esse dicens, quibus hoc contingat. Sed quod ita ei in dubium venerat, aptum ad affligendum adolescentis animum, id postea ad eundem augendum negat de Telemacho posse valere, immo certam esse spem illius itineris feliciter conficiendi. Si igitur post v. 275 suppleverimus: ,hoc dico', nullum erit cum praecedentibus certamen. Omisisse autem talia Homerum si quis erit, qui demonstratum velit, legat A 136. N 68, vel γ 95 (v. a Bekkero damnatus), ubi πλαζόμενου cūm ἄλλου conjungendum et cogitatione inserendum videtur καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπλάζετο, περὶ γὰρ κτλ., vel δ 86 (v. ab eodem ejectus), ubi γὰρ non potest causam afferre, cur agni statim cornibus instructi nascantur; sed interponendum: ,noli autem mirari'; tum poterat dicere: ,ter enim ibi pariunt oves'.

I 320.

Achilles Graecorum legatis fuisse exponit quare exercitui oppresso auxilium ferre recuset.

315 οὐτ' ἔμεγ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα πεισέμεν οἴω
οὐτ' ἄλλους Δαναούς, ἐπεὶ οὐκ ἄρα τις χάρις ἔγεν
μάρνασθαι δηΐοισιν ἐπ' ἀνδράσι νωλεμές ἀεί.
ἴση μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι.
ἐν δὲ ἰῆ τιμῇ ἡμὲν κακὸς ἤδὲ καὶ ἐσθλός.

320 κάθ' ἄνδ' ὁμοῦς ὅ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὰ ἐοργῶς.
οὐδέ τι μοι περίκειται, ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ,
αἰὲν ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

Non possum concedere, *versum 320 tam aperte pugnare cum toto hujus orationis argumento, ut sententia contraria ei convenire videatur.* Negat enim ullam Achilles a Graecis referri gratiam pro virtute et fortitudine; esse eandem praedae portionem remanenti otiose et acerrime dimicanti; in eodem honore esse virum bonum et malum (cf. v. 302); accedere, ut mors quoque omnes ad extremum aequet, sive strenue aliquid gesserint sive non gesserint. Potuisse autem Achillem hanc sedendi causam afferre, quod neque vivus quisquam a Graecis laboris fructum ullum nancisceretur, et aequa lege Necessitas sortiretur insignes et imos, non video cur negandum sit, eoque minus, quod v. 320 Achilles respondet Ulixi dicenti (v. 249), si non exoretur, profecto fore aliquando, ut eum poeniteat nimiae constantiae (i. e. ἀτόπῳ σοὶ μετόπισθ' ἄχος ἔσεται). Negat igitur sua quidquam interesse, utrum

pugnet necne, quod omnium fortiter factorum tamen praemium sit futurum exitium. Accedit huc, quod scholia habent: τὸ αὐτὸ νόημα διαφόρως μεταχειρίζεται, τρισάκις ἀναστρέφων αὐτὸ καὶ μεταποιῶν ἐν σχήματι ἐνδιαθέτου γοργότητος (L ad v, 319) et: ὄρον οὐκ ἔχει κατηγορίας θυμὸς (BL ad v. 320), quibuscum compares quae recte dicit Schol. BL ad A 308: δυσκαταπαύστως δὲ ἔχουσι πρὸς τὰς κατηγορίας οἱ ὀργιζόμενοι καὶ τὰ αὐτὰ ἐπαναλαμβάνουσιν ὡς μὴ κατ' ἀξίαν εἰρηγότες. Quod autem dicit Friedlaenderus: ,nam si inertem mors non minus manet, atque eum, qui multa praeclare gessit, nullamque fati meram lucratur ignavia, sane melius est pugnam capessere, quam desidem languescere', hoc quamquam dicere poterat poeta, tamen minime conveniret huic orationi Achillis qui omnia sic in suum usum convertere studet, ut suum otium excuset probetque. Patiamur igitur virum fortissimum ex illa sententia utrum velit concludere. Ceterum Moritzius quoque (cf. *annal. Jahn.* 1859 p. 585) v. 318 — 320 improbat et Koeppenius, cui quem ad modum responderit Ruhkopfius, apud Crusium (ad h. l.) invenies.

I 63 sq.

Huic loco aliquid inesse, quod minus recte se habeat, facile concedo. Hoc autem potest dubitari, utrum v. 63 et 64 interpolati sint an post v. 64 lacuna sit statuenda. Quod fecit Naegelsbacus, quem haec audivi quondam dicentem: ,hoc loco certissimum est, excidisse versus aliquos; haec enim sententia non est numeris omnibus absoluta. Hoc est ergo τέλος μύθων: ante omnia componendum est bellum civile, sed de hac re postea; nunc vero necesse est corpora firmemus'.

III. Exempla duplicis recensiois.

Ad id genus, ubi idem argumentum bis eodem modo tractatum est, Friedlaendero pertinere videntur N 324 sqq. B 703 sqq. Γ 218 sqq. Υ 200 sqq. Legimus autem N 334 sqq. haec:

ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λεγέων ἀνέμων σπέρχουσι ἄελλαι
 335 ἤματι τῷ, ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους,
 οἷ τ' ἄμυδις κόνις μεγάλην ἰστάσιν ὀμίχλην,
 ὡς ἄρα τῶν θυμὸς ἦλθε μάχη, μέμασαν δ' ἐνὶ θυμῷ
 ἀλλήλους καθ' ὅμιλον ἐναρέμεν ὀξεί χαλκῷ.

Hic si duplicem recensioem latere putat Friedlaenderus, aut v. 335 aut v. 336, si quidem recte intellego quid velit, videtur ei ejiciendus. Et de priore quidem, qui cum antecedentibus verbis et cum insequentibus tam bene cohaereat, dummodo *ἄελλαι* comparato Γ 13 *κονίσσαλος ἀελλῆς* de nubibus pulveris intellegantur, non magis vituperatio locum videtur habere quam Π 318. Si autem de v. 336 agitur ejiciendo (qui in scholiis quoque adfertur ad δ 659), equidem rem ad morem epicum censeo revocandam esse, quo hic ipse versus, ut ita dicam, paene vetatur abesse. Continetur enim eo versu tertium quod vocant comparationis, quod inest vocabulis *ἄμοδις* (v. 336) et *ὀμόσε* (v. 337), dicitque poeta virorum manus conserentium globum eodem modo esse factum, quo tempestate coorta fervidissimo anni tempore magna vis pulveris soleret conglobari. Cf. Schol. BL *λείπει τὸ πνέοντες, ἔν' ἤ, οἱ ὀμοῦ πνέοντες ὑποσύρουσι τὴν κόνιν, δι' ἧς ὀμέγλη μεγίστη γίνεται. τὸ συμπεφυρμένον αὐτῶν εἶκασε τῇ ὑπὸ τῶν ἀνέμων μίγσει κόνει.* Homerus enim comparationes instituit non breves illas quidem duobus vel tribus fere verbis comprehensas, sed longiores perque versus aliquot ita expositas, ut relativum ὡς cum verbo finito conjunctum sequatur alterum ὡς demonstrativum, — aut ego fallor aut fere ubique ille hunc morem servat. ut aut id ipsum vocabulum, cujus causa comparatio fit, repetat aut alio idem fere significante utatur, quo facilius audientes, quid voluerit comparatione facta, possint intellegere. Hoc autem in re latius patet apud alios poetas, ut apud nostros, singulorum licentia, quae quanta sit, si videre voles, compara Schilleri carmen illud quod inscriptum est ‚die Macht des Gesanges‘, vel Goethii Achilleidem, quae forte mihi in manus incidit, v. 412 sqq., ubi haec sunt ejus verba:

Gleich der beweglichen Schaar Ameisen, deren Geschäfte tief im Walde der eilende Tritt des Jägers zerstört, ihren Haufen zerstreuend, wie lang er und sorglich gethürmt war.

Schnell die gesellige Menge, zu tausend Schaaren zerstoben, wimmelt sie hin und her, und einzelne Tausende wimmeln, jede das Nächste fassend und sich nach der Mitte bestrebend, hin nach dem alten Gebäude des labyrinthischen Kegels.

Also die Myrmidonen, sie häuften Erde mit Erde, rings von aussen den Wall aufthürmend, also erwuchs er höher, augenblicks, hinauf in beschriebenen Kreise.

Vides, hoc simili poetam, qua de causa quibusque rebus Myrmidones cum formicis comparatos velit, legentibus relinquere decernendum. Homerus non item. Sed illustrabo rem Homericis exemplis, in quaecunque vel temere incidero. Ut E 902 ὡς δ' ἔτ' ὑπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν, || ὑγρὸν ἐόν, μάλα δ' ὤκα περιτρέφεται κυκώοντι, || ὡς ἄρα καρπαλίμως ἰήσατο θοῦρον Ἄρηα facile videbis, comparationem versari in vocabulis ὤκα et καρπαλίμως idem fere significantibus. Iisdem autem vocabulis utitur A 117 ὡς δὲ λέων ἐλάφοιο ταχεῖς νήπια τέκνα || ῥηϊδίως συνεάξει λαβῶν κρατεροῖσιν ὀδοῦσιν || ἐλθὼν εἰς εὐνήν, ἀπαλὸν τέ σφ' ἦτορ ἀπήυρα· || ἢ δ' εἴ πέρ τε τύχῃσι μάλα σχεδόν, οὐ δύνανται σφιν || χραισμεῖν· αὐτὴν γάρ μιν ὑπὸ τρόμος αἰνὸς ἰκάνει· || καρπαλίμως δ' ἦξε δια δρυμὰ πυκνὰ καὶ Ἰλῆν || σπεύδουσ', ἰδρώουσα, κραταιοῦ θηρὸς ὑφ' ὀρυγῆς· || ὡς ἄρα τοῖς οὐ τις δύνάτο χραισμησάμενος Ἰλεθρον || Τρώων, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὑπ' Ἄργεῖοισι φέβοντο. Comparantur igitur Trojani cum catulis cervae, quod, ut ab illis non potest interitum arcere mater, ipsa terrore percussa, ita a Trojanis non possunt Trojani, ipsi vehementissime perterriti. Quae quum ita sint, equidem non semper Ameisii et Faesii sententiam possum probare, qui aliis locis recte, quid sit tertium comparationis, intellegentes aliis a vero videntur aberrasse. Ut δ 335 sqq. (cf. ρ 126 sqq.) illud inesse non potest, ut Ameisius putat, vocabulis εἰς ἴλῆθεν et ἐφῆκεν, sed e turpi caede ductum est, quam et leo comparavit et Ulixes comparaturus erat, id quod ex ἀνάκιδες αὐτοὶ ἐόντες potest colligi. Nam subridicule hoc simile ita ad verbum intellegitur, ut a Schol. E dicente: νεβροῦς φησι τοὺς μνηστῆρας, λέοντος δὲ ἐλόλογον καὶ κούτην τὴν τοῦ Ὀδυσσεύος εὐνήν, λέοντα τὸν Ὀδυσσεύα, εἰς ἐλάφου τόπον τάσσει τοὺς γονεῖς τῶν μνηστῆρων, οἳ τινες τῶν υἱῶν αὐτῶν ὡς νεβρῶν φρονεουμένων αὐτοὶ ἢ ἐκφύγωσιν ἢ συσχεθῶσιν, ἐὰν εὐρεθῶσιν ἐκεῖ.

Nec magis Faesium probaverim in loco e 432 insuper obscure interpretantem: si ἀπέδρυφθεν breviter dictum esse accipis pro ἀποδρυφθέντες εἶχοντο, apparet agi de inhaerendo. Recte igitur Schol. E ὡς περ οἱ πολύποδες τῶν πετρῶν ἀντιλαμβανέσθαι εἰώθασιν ταῖς κοτυληθόσι καρτερῶς, οὕτως ἀντεῖχετο ταῖς χερσὶ καὶ προσεπεφύκει ὁ Ὀδυσσεύς, ὥστε καὶ ἀποξέσαι αὐτοῦ μέρος τι τοῦ δέρματος καὶ προσεῖχοντο τῇ πέτρᾳ. Neque fugit Schol. B v. 81, quam ad rem illustrandam comparatio instituta sit; dicit enim εὖ τῇ παραβολῇ κέχρηται. ὡς περ γὰρ οἱ ἵπποι τρέχοντες ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν διεγείρονται, οὕτω καὶ ἡ ναῦς ἐλαυνομένη ἐκ τῆς πρῶμνης κουφίζεται, et ad v. 84 πάλιν ἐπανάλαβε τὸν λόγον, qua in re consentit cum illo Faesius. Ameisius quamquam illud ὀπισθεν αἰρεσθαι non esse

neglegendum censet, plurimum tamen in hac comparatione putat valere celeritatem cursus, nimirum ne ὑψόσ' ἀειρόμενοι ῥίμφα πρήσσουσι κέλευθον omittatur. At si celeritatem poeta spectasset, certe neque omisisset ad v. 84 ὧς ἄρα τῆς πρόμνη μὲν ἀείρετο vel ὦκα vel καρπάλιμωσ addere vel ipsum ῥίμφα iterare, et sibi ipse, quod postea dicturus erat, praecepisset idemque dixisset, quod exposuit v. 86 οὐδὲ κεν ἱρηξέ κίρκος ὀμαρτήρειεν κτλ. — Nec magis probari potest Ameisii interpretatio v 31 sqq., ubi ad solis occasum refert tertium comparationis, quod rectius vocabulis ἀσπασίως v. 33 et ἀσπαστὸν v. 35 comparato λιλαιέται v. 31 inesse putabis. Eodem modo μ 251 piscatorem comparari putat, quod celeriter pisces sursum trahat; atque inest hoc quidem verbo ἔρριψε. At abest ab ἀείροντο (v. 255). Ut vero de piscibus, ita de sociis Ulixis ἀσπαίρειν praedicatur; de hoc igitur vocabulo agi putaverim apud poetam utrosque comparantem. — Etiam χ 302, ubi cum avibus proci comparantur, hoc non ideo fit, quod ut illis, ita his inevitabile est factum; sed quod in utrosque suus incurrit hostis, in procos Ulixes, in avos vultures, id quod satis indicatur v. 303 ἐπ' ὀρνίθεσσι θήρωσιν collato ἐπάλμενοι v. 305 et ἐπεσσυμένοι v. 307. Et si quid praeterea haec comparatio vult, non vult inevitabile fatum, sed ὀλέκουσι (v. 305) et τόπτον (v. 308) comparare, quia in illis versibus, ubi de procis agitur, nihil legitimus de leto, quod effugere non possint.

Sed illuc, unde abii, redeo.

B 703.

In navium catalogo earum gentium, quae Phylacem et Pteleum incolebant, urbesque vicinas, dux Protesilaus fuisse dicitur; hunc immatura morte cecidisse narrat poeta v. 695—702, deinde ita pergit:

- οὐδὲ μὲν οὐδ' οἱ ἄναρχοι ἔσαν, πόθειόν γε μὲν ἀρχόν·
 ἀλλὰ σφρασ κόσμησε Ποδάρκης ὄζος Ἄρηος,
 705 Ἰφίβλου υἱὸς πολυμήλου Φυλακίδαο
 αὐτοκασίγνητος μεγαθύμου Πρωτεσίλαο
 ὀπλότερος γενεῆ· ὁ δ' ἄμα πρότερος καὶ ἀρείων,
 ἦρωσ Πρωτεσίλαοσ ἀρήιοσ· οὐδέ τι λαοί
 δεύονθ' ἡγεμόνοσ, πόθειόν γε μὲν ἐσθλὸν ἐόντα.
 710 τῷ δ' ἄμα τεσσαράκοντα μέλαινα νῆεσ ἔποντο.

Duplicis recensiois vestigia hic quoque invenit Friedlaenderus, concedens non potuisse ab eodem poeta poni v. 707—709,

a quo v. 703 profectus sit. (Jam Wolfius et Koeppenius v. 708 et 709 negarunt ferendos esse.) Attamen neque plane congruit v. 703 cum versibus 708 et 709; nam consulto versui 709 poeta adjecisse videtur ἐσθλόν, neque erit, qui magnopere miretur, Protesilaum singulari fato perfunctum hoc loco prae ceteris ita distingui et ornari, ut desiderium eorum, quos Trojam adduxerat, vel repetitis ex parte verbis exponatur. Quod recte viderunt Schol. BL dicentes: τῆ δὲ ἐπαναλήψει οἰκτρότερον τὸ πάθος ἐποίησεν. Et quot in locos, prope innumerabiles, cadit talis iteratio! Scilicet in ipso navium catalogo saepe legitur, ut B 688. 694. 721. 724. 781. 784. Quodsi autem Kocchlyus versibus 707 — 709 legi suae condonatis quidquam novi iis contineri negat, heu quam pusillum haberemus Homerum doctorumque hominum acri ingenio purgatum! Aut igitur omnia sententiarum ita iteratarum exempla deleant illi aut hoc quoque loco recte se habeant quae libris tradita sunt.

Ut autem de hoc loco res mihi minime dubia est, ita fateor sententiam mihi non stare de Γ 218 sqq. et de Υ 200 — 258. Quamquam in illo quidem loco v. 223 et 224 non sunt adeo desperati, ut nullo modo alter alterum sequi possit; sed expeditior esset res, si particula conjunctiva addita esset v. 224. In hoc autem, a Duentzero quoque damnato (p. 41), duplicem recensione agnoscenti hoc mirum videbitur, tanta pietate qui Pliadem auctore Pisistrato in ordinem redegerunt usos esse et Aristarchum versibus 251 — 255 ejectis contentum fuisse. Ceterum si eundem secuti v. 205 — 209 et 251 — 255 eiecimus, restat, ut ad illud εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι (v. 213) Schol. B rationem habeamus, dicentis: παρῆχται ἡ ὁμιλία κατὰ ποιητικὴν συνήθειαν πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀχροατῶν, ἵνα τὴν Τρωικὴν γενεαλογίαν μάθωμεν. ἢ ὅτι τοῖς πολεμίοις ἐξεταζόμενα τὰ γένη λαμπρότητα μεγίστην φέρει. τοὺς γὰρ εὐγενεῖς καὶ εὐφύχους νομίζουσιν. αἰεὶ δὲ σπεύδει ὁ ποιητὴς παραπλέκειν τὰ ἀρχαῖα γένη.

Hinc transeo ad eos locos, ubi ex sententia Friedlaenderi eadem res a diversis poetis diverso modo tractata est. In horum numero ponenda ei videtur oratio Telemachi in contione Ithacensium de procorum injuriis querentis.

β 55 οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἥματα πάντα,
 βοῦς ἱερούντες καὶ οἷς καὶ πίνας αἴγας,
 εἰλαπινάζουσιν, πίνουσί τε αἶθωπα οἶνον,
 μαφιδίως· τὰ δὲ πολλὰ κατάνεται. οὐ γὰρ ἔπ' ἀνήρ,

οὗτος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν, ἀρῆν ἀπὸ οἴκου ἀμῶναι.
 60 ἡμεῖς δ' οὐ νό τι τοῖσι ἀμυνόμεν· ἦ καὶ ἔπειτα
 λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα καὶ οὐ δεδαηκότες ἀλκῆν.
 ἦ τ' ἂν ἀμυναίμην, εἴ μοι δύναμις γε παρείη.
 οὐ γὰρ ἔτ' ἀνσχετὰ ἔργα τετεύχεται, οὐδ' ἔτι καλῶς
 οἶκος ἐμὸς διόλωλε κτλ.

Hic quoque duplicis recensitionis vestigia non possum invenire et, si invenirentur, omnia male cohaerent. Si enim, ommissis v. 60 et 61, legeretur

τὰ δὲ πολλὰ κατάνεται. οὐ γὰρ ἔπ' ἀνὴρ
 οὗτος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν, ἀρῆν ἀπὸ οἴκου ἀμῶναι.
 ἦ τ' ἂν ἀμυναίμην, εἴ μοι δύναμις γε παρείη,

desideraremus, opinor, ἐγὼ vel ἔγωγε, quia contrarium est οὐ γὰρ ἔπ' ἀνὴρ. Sin legeris

οὐ γὰρ ἔπ' ἀνὴρ,
 οὗτος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν, ἀρῆν ἀπὸ οἴκου ἀμῶναι.
 ἡμεῖς δ' οὐ νό τι τοῖσι ἀμυνόμεν· ἦ καὶ ἔπειτα
 λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα καὶ οὐ δεδαηκότες ἀλκῆν.
 οὐ γὰρ ἔτ' ἀνσχετὰ κτλ.

non habet particula γάρ, quo referatur. Quod autem dicit Friedlaenderus, *in altera recensitione, quae v. 60 ut 61 habuerit, Telemachum animo prorsus abjecto et spe fracta esse, in altera (v. 62) voluntatem ultionis sibi nequaquam desesse dicere*: hoc utrumque non intellego qua de causa non possit esse conjunctum; nam neque qui animo abjecto est et spe fracta, is necesse est una cum spe cupiditatem quoque abjiciat ulciscendi, neque qui se ulcisci cupit, necessario eum opus est animo confirmato esse certaue spe. Itaque Telemachus, nemo', inquit, est, qui a nobis depellat interitum; nam equidem et nunc iis inferior sum, et fortasse etiam in posterum ero; cupio autem me meaque defendere, dum vires mihi suppetant!' Confer Schol Q: ἐλεγχθείημεν (sc. ἂν) ἀσθενεῖς ὄντες καὶ ἄποροι δυνάμεως· καὶ ἐπιχειρήσαντες ἀνελεῖν αὐτοὺς τάχα ἀναιρεθησόμεθα. Illo ἡμεῖς autem quod ad solum Telemachum refert Friedlaenderus, fortasse rectius cum Ameisio Telemachum matrem avumque contineri statues.

In libro octavo decimo Telemachus matri se excusat exprobranti quod hospitem cum Iro luctari passus sit.

6227 μῆτερ ἐμή, τὸ μὲν οὐ σε νεμεσῶμαι κεχολῶσθαι·
αὐτὰρ ἐγὼ θυμῷ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα,
ἔσθλά τε καὶ τὰ χέρηρα· πάρος δ' ἔτι νήπιος ἦα.

230 ἀλλὰ τοι οὐ δόναμαι πεπνυμένα πάντα νοῆσαι,
ἐκ γὰρ με πλήσσουσι παρήγμενοι ἄλλοθεν ἄλλος
οἷδε κακὰ φρονέοντες, ἐμοὶ δ' οὐκ εἰσὶν ἄρωγοί.
οὐ μὲν τοι ξείνου γε καὶ Ἴρου μῶλος ἐτύχθη
μνηστῆρων ἰότητι, βίη δ' ὁ γε φέρτερος ἦεν.

Mirum est, quod hoc quoque loco Friedlaenderus putat *duas excusandi rationes coaluisse*, ,alteram' inquit, ,fuit, ut se nequaquam ignorare diceret, quid fas, quid nefas esset; in altera se unum sine adiutoribus contra tantum procorum numerum nihil posse queritur.' *Ad illam pertinere versus 227 — 229. 233. 234; in hac versum 227 excepisse videri 230 — 232. Ceterum fortasse neque hanc neque illam integram ad nos venisse, quoniam contaminantibus particulae superfluae resecandae fuerint.* At versus 228 et 229 (quem Bekkerus ejecit. Schol. Hart. ἡθέτει καὶ Ἀρίσταρχος), puto, nihil obstant versibus 220 — 233, dummodo recte interpreteris νοῆσαι. Nam νοέω v. 228 quo modo accipiendum sit apparet ex apposito οἶδα. Dicit enim Telemachus, se jam aetate adultum et usu edoctum scire neque ignorare, quid honestum sit, quid turpe; neque vero se omnia posse ita expedire, ut opus sit, quoniam ipse unus ad omnes tot virorum superbissimorum injurias expositus sit. Itaque esse quidem quod mater sibi exprobrat; neque vero eam esse aetatis vel imperitiae culpam, sed inde fieri, quod non omnia possit perficere. Hanc autem verbi νοεῖν significationem, quam bene Ameisius convertit dicens: ,guten Rath für Alles ersinnen', ne nugatoriam putes, compara, si vis, K 246 τούτου δ' ἐσπομένου καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένου || ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περίοιδε νοῆσαι. Cf. Naegelsbaci Theol. Hom. p. 150 (ed. 2) et Ameis. ad τ 189.

Venimus nunc ad eum locum, qui triplici recensione laborat, a Kirchhoffio quoque damnatum (v. Ann. Jahn. 1861 p. 37). In textu exemplum Friedlaenderi secutus tres illas recensiones distinguam; deinde qui sit sententiarum nexus, ostendere, denique sanitatem orationis defendere conabor.

- α 267 ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,
ἧ κεν νοστήσας ἀποτίσεται, ἧὲ καὶ οὐκί,
οἷσιν ἐνὶ μεγάροισι· σὲ δὲ φράζεσθαι ἄνωγα,
270 ὄππως κε μνηστῆρας ἀπόσσει ἐκ μεγάροιο.

εἰ δ' ἄγει νῦν ξυνίει καὶ ἐμῶν ἐμπάζω μύθων.
αὔριον εἰς ἀγορὴν καλέσας ἦρωας Ἀχαιοὺς
μῦθον πέφραδε πᾶσι, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἔστων.
μνηστῆρας μὲν ἐπὶ σφέτερα σκίδνασθαι ἄνωχθι,
275 μητέρα δ' εἰ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμέεσθαι,
ἄψ ἴτω ἐς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο·
οἱ δὲ γάμον τεύξουσιν καὶ ἀρτυνέουσιν ἔξονα
πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἔπεσθαι.

- σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἶ' κε πύθηαι.
280 νῆ' ἄρσας ἐρέτησιν ἐείκοσιν, ἧ τις ἀρίστη,
ἔρχεο πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο,
ἦν τίς τοι εἶπησι βροτῶν ἧ ὅσσαν ἀκούσῃς
ἐκ Διός, ἧ τε μάλιστα φέρει κλέος ἀνθρώποισιν.
πρῶτα μὲν ἐς Πύλον ἔλθε καὶ εἶρεο Νέστορα οἶον,
258 κεῖθεν δὲ Σπάρτηνδὲ παρὰ ξανθὸν Μενέλαον·
ὅς γάρ δευτάτος ἦλθεν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.
εἰ μὲν κεν πατρὸς βίωτον καὶ νόστον ἀκούσῃς,
ἧ τ' ἂν τρυχόμενός περ ἔτι τλαίης ἐνιαυτόν·
εἰ δέ κε τεθνηῶτος ἀκούσῃς μηδ' ἔτ' ἐόντος,
290 νοστήσας δὴ ἔπειτα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν
σῆμά τέ οἱ χεῦται καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεῖται
πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε, καὶ ἀνέρι μητέρα δοῦναι.
αὐτὰρ ἐπὴν δὴ ταῦτα τελευτήσῃς τε καὶ ἐρέῃς,
φράζεσθαι δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
295 ὄππως κε μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσιν
κτείνῃς ἧὲ δόλῳ ἧ ἀμφαιδόν· οὐδέ τί σε χρὴ
νηπιᾶάς ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκέτι τηλέκλος ἔσσι.
ἧ οὐκ αἰεὶς, οἶον, κλέος, ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα,
300 Αἰγισθὸν δολόμητιν, ὃ οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα;
καὶ σὺ φίλος, μάλα γάρ σ' ὀρώω καλὸν τε μέγαν τε,
ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων ἐὺ εἶπη.

Telemachum Minerva jubet considerare, quo modo a pro-
cis liberet se suaque. Quod ut consequatur, ei primum suadet,
quid dicendum sit: contione Ithacensium convocata procos ju-

beat discedere, matrem polliceatur se in domum paternam remissurum, unde iterum illa cuilibet nubere possit. Deinde docet, quid sit faciendum: Pylum et Lacedaemonem proficiscatur sciscitaturus, utrum pater vivat an mortuus sit. Si vivat, annum exspectet; si mortuus sit, quibus deceat honoribus eum supremis ornet, matrem autem non verbis solum ut antea in illa contione, sed re patris domum dimittat; tum enim iis, quae in contione promissurus fuerit, standum esse, neque vero omittendam ultionem.

Videamus, utrum Telemachus in libro secundo exsecutus sit, quae suaserat Minerva, neene. Primum conatur proci misericordia movenda persuadere, ut suam quisque domum redeat (β 40—79). Respondet ei Antinous, quod etiamtum in Ulixis domo commorentur proci, eam Penelopae culpam esse; dimittat eam Telemachus, eique, cui velit, nubere jubeat. Sin minus, se remansuros (v. 84—128). Cui Telemachus invitam quidem ait se illam nullo modo dimissurum (v. 130 ὃ πως ἔσται δόμων ἀέχουσαν ἀπῶσαι, || ἤ μ' ἔτεχ', ἤ μ' ἔθρηψε). Sed illo ἀέχουσαν necessario continetur, silentio oppressum esse quod contrarium est: volentem se illam abire non retenturum; et in hoc mea quidem sententia inest hujus poetae summa elegantia et humanitas, qui filium nolit quidquam loqui, quod etiamsi ipsa mater cupiat, impietatis tamen speciem praebet (cf. Schol. E. Q. ὃ γὰρ ἄν ἐτοίμως ἐδέξατο ὁ νεανίσκος ἐκδιῶσαι τὴν μητέρα). Quare v. 130 sqq. priore parte muneris a Minerva delati quam decantissime functus esse videtur Telemachus; qui si non iisdem utitur verbis, quibus Minerva (id quod aliis locis apud Homerum fieri solet, ut A 186—209), non est obliviscendum, Telemachum ipsum interesse iis, quae in Odyssea aguntur.

Sed etiam hoc videamus, alterane parte muneris Telemachus fungatur. Sequitur in libro secundo Halithersis vaticinium, responsum Eurymachi; Telemachus autem de matre agere cum proci desinit (v. 210. 211); navis ut sibi concedatur, postulat. Tum, 'si patrem,' inquit, 'vivere audiero, annum exspectabo; si mortuum esse, tumulum ei inanem excitabo viroque matrem concedam' (v. 209—223). Itaque omnia, opinor, bene se habent, dummodo ne hoc omittas, ex poetae consilio et voluntate alia esse, quae coram proci pronuntianda sint Telemacho, alia, quae facienda; hac autem ambiguitate Minerva vult procos aliquod tempus morari, ne ultorem effugiant.

Friedlaenderus autem *maxima* hujus loci *perturbatione of-*

fenditur. Primum dicit, *duobus illis consiliis id commune esse, ut utrumque vim excludat*. ‚Nam sive Penelopa’, inquit, ‚statim in domum paternam dimittetur, sive a Telemacho de itinere reduci in matrimonium collocabitur, sive ille de patris reditu certior factus procorum injurias patienter ferre perget, vis utique contra eos non erit adhibenda.’ At omisisse videtur, nihil eorum, quae Minerva Telemacho exsequenda mandat, illam velle sine ultione fieri, id quod primum ei dixerat v. 269; ἀπωθεῖσθαι autem cum caede quoque potest perfici. Recte hoc viderunt jam scholia (E. Q. ad v. 294), in quibus legitur: γενναίως χρῆται τῇ συμβουλῇ. οὐ γὰρ σπείσασθαι τοῖς μνηστῆρσιν αὐτὸν ἀξιοῖ καὶ τέρπεσθαι τοῖς ἰδίοις, ἕπως οἱ πολλοὶ ὑπ’ ἀργίας συμβουλεύειν εἰώθασιν, ἀλλὰ τιμωρίαν τινὰ τῶν ἀδικησάντων λαβεῖν. Injustum scilicet erat, neque ullo modo ferendum, si tot annorum injurias a prociis Telemacho et Penelopae illatas nihil aliud consecutum esset, nisi ut pax fieret, ut in gratiam redirent illi tot male dictis et factis grassati et hic, cui, quod unus adolescens contra tot viros parum valebat, omnis injuria toleranda erat. Nec magis haec probaverim, quae dicit Friedlaenderus: ‚haec duo consilia sibi invicem obstant; nam si nuptiae Penelopae ab ejus cognatis adornabuntur, Telemachus ex itinere redux non poterit iterum ἀνέρι μητέρα δοῦναι.’ Etenim οἱ δέ (v. 277) proci sunt (cf. Ameis. ad h. v.), et ἔδνα τὰ διδόμενα δῶρα ὑπὸ τοῦ γαμοῦτος τῇ γυναικί (Schol. E. Q. ad v. 276), et δοῦναι nihil aliud est quam ἀνάγειν ἴνα (v. 276).

Ad tertium autem consilium accedentibus ipse Friedlaenderus fortasse concedet, non esse nimis certa, quae contra dixerit. Equidem non video, qua de causa Minervae, si vel post nuptias Penelopae procos in regis domo mansuros esse crediderit, id disertis verbis dicendum fuerit. Ultionis enim curam dea maxime habendam censet; si Ulixes perierit, neque ipse possit procos ulcisci, Telemachus, qui mortuo patre non potest matrem vetare, cui velit, nubere, eam, si ipsa velit, dimittat neque vero inultos patiatur procos discedere. Sin autem vivat, Minerva vult filium Ulixis quamquam aetate jam satis corroboratum et provectum, exspectare, dum ille redierit, quocum ultionem perpetret. Nullo enim modo poeta hoc potuit committere, ut revertatur quidem ille, qui toto carmine primas partes agit, sed revertatur, postquam filius admodum adolescens omnia domi pacaverit. Necesse erat, etiam eorum, quae Ithacae post reditum Ulixis fiunt, maximam partem eundem esse.

Hoc modo si rem explicabis, nihil confido defuturum ad

nodum expediendum, nec quidquam adfuturum ad triplicem re-
 censionem probandam.

IV. Versus perperam vel neglegenter transpositi.

In libro vicesimo primo Friedlaendero v. 133, qui π 72 et
 Ω 368 quoque legitur, ab hoc loco videtur alienissimus. *Tele-
 machus ab Ulixe nutu monitus de conatu arcus tendendi desistit*
 his verbis:

φ 131 ὦ πόποι, ἦ καὶ ἔπειτα κακός τ' ἔσομαι καὶ ἄκιμος,
 ἤν' νεώτερός εἰμι καὶ οὐ πῶ χερσὶ πέποιθα
 ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήγη.

,Nam recte quidem', inquit, 'Telemachus defectum virium
 simulans se manibus suis nondum confidere dicit; sed quis hoc
 loco de injuria afferenda vel depellenda cogitat'? Pergere Ho-
 merum potuisse ἐκτελέσαι τὸν ἀεθλον vel ἐνανύσαι τὸδε τόξον 'Οδυσ-
 σῆος θεῶιο; sed *omnibus hoc genus additamentis locum deformari
 potius quam ornari*. At ad defendendum hunc versum jam Amei-
 sius aliquid attulit sane probabile; equidem crediderim rem etiam
 simpliciore esse. Quemadmodum enim epitheta quaedam no-
 minibus quibusdam addita quasi adhaerent, ut κοροδαίολος fere
 ubique Hectori: ita eadem fere ratio intercedit inter sententias,
 ut aliis locis ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο quasi sua sponte accur-
 rit, ubi ἀναπνεύσωσι δ' ἀρήιοι υἱες Ἀχαιῶν dictum est (cf. Λ 801.
 Π 43. Σ 201.), ut hic inter νέος et οὐ πῶ χερσὶ πέποιθα κτλ. Si
 enim puerum esse aliquem poeta dicit, ultro in mentem ei ve-
 nit, debiles esse eosdem nec corporis robore instructos, ut nemi-
 nem possint a se arcere injuriam inferentem, id quod optime
 congruit cum ceteris Graecorum veterum de viro forti ac stre-
 nuo opinionibus. Itaque si horum versuum priori ex sede sua
 in aliam recte translato alter quasi adhaesit, non hoc factum
 librariorum errore, sed consilio poetae. Quod autem eodem versu
 utitur T 183 paululum immutato, talem mutationem saepe inve-
 nimus, ut χ 70. 248.

Sequitur loci ρ 124 sqq., ubi *Telemachus matri de itinere
 suo refert* his verbis

ρ 124 ὦ πόποι, ἦ μάλα δὴ κρατερόφρονος ἀνδρὸς ἐν εὐνῇ
ἤθελον εὐνηθῆναι ἀνάγκιδες αὐτοὶ ἐόντες.

Haec sumpta sunt e libro quarto v. 333 sqq. Friedlaenderus putat *hanc iterationem interpolatori oscitanti debere, qui emblemata ineptissimum in Telemachi narrationem inculcasse contentus de commissura securus fuit.* At neque hoc intellegere possum, qua de causa hujus loci iteratio magis inepta sit, quam quod epicorum esse multis locis (ut ψ 268 coll. λ 121) videmus; neque ille aliam potest afferre rationem, quam quod dicit in *quarto libro satis clarum esse, qui sint illi ἀνάγκιδες, cum Telemachi conquestio de procorum injuriis proxime praecedat v. 316 — 322; in septimo decimo de quibus hominibus sermo sit, plane ignorari.* At quum duo homines, ut hic Telemachus et mater ejus, inter se colloquantur, hoc longe primum et maximum est, ut ii inter quos sermo est, quae quisque dixerit, intellegant; quis autem obsecro te est, qui infitias eat, Penelopam, auditis his Telemachi verbis: ὦ πόποι, ἦ μάλα δὴ κτλ. ne paulum quidem de hominibus illis potuisse dubitare? Quid? Quod hoc quoque in libro, ut in quarto, procorum paulo ante non solum mentio facta est ab ipsa Penelopa (v. 105), sed etiam a Telemacho, qui quum dicit v. 122 αὐτὰρ ἐγὼ τῷ πᾶσαν ἀληθείην κατέλεξα, neque mater poterat dubitare, neque audientes, ad quos potissimum spectaret πᾶσα ἀληθείη.

Versus 531 libri decimi (coll. λ 44) ob κατέκειτ' multis male interpositus videtur; ego autem non ita desperatum puto; nam si quis interpolatorum vel maxime oscitantium hunc locum inseruisset, tamen et Graecus erat homo neque eum potuit fugere, si tempore praeterito contra leges sermonis Graeci usus esset. Itaque in Ameisii interpretatione ad Bernhardyi Synt. p. 375 lectores revocanti acquiescendum est, nisi forte G. Hermanno praesens tempus restituenti mavis accedere.

In libro nono Ulixes de proelio cum Ciconibus commisso haec refert:

- ι 51 ἦλθον ἐπειθ', ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὄρη,
ἤρειοι τότε δὴ ῥα κακῆ Διὸς αἴσα παρέστη
ἡμῖν αἰνομόροισιν, ἔν' ἄλγεα πολλὰ πάθομεν.
στησάμενοι δ' ἐμάχοντο μάχην παρὰ νηυσὶ θοῆσιν,
55 βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκίχερα ἐγχείησιν.
ὄφρα μὲν γῆρας ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,
τόφρα δ' ἀλεξόμενοι μένομεν πλεονάς περ ἐόντας

ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσσεται βουλευτόνδε,
καὶ τότε δὴ Κίκονες κλῖναν δαμάσαντες Ἀχαιοῦς.

Quamquam in improbandis v. 54 et 55 complurium viro-
rum doctorum congruit sententia, quod in iis tertia persona uti-
tur poeta (cf. Ann. Jahn. 1861. p. 37. Nitzschium ib. 1860
p. 870) — sumptos autem e Σ 533 putant —, tamen hoc unum
omnes fugisse videtur. Ut enim unicuique duci atque auctori
rei alicujus armis gestae licet utrumlibet dicere, et milites suos
rem gessisse et se ipsum, ita v. 59 Ulixes dicens δαμάσαντες Ἀχαι-
οῦς, quod non est ἦμας Ἀχαιοῦς, sed τοὺς Ἀχαιοῦς, aut in idem in-
cidisse putandus est, quod illis videtur admisisse v. 54 et 55,
aut summo jure ad suos id refert, cujus partem magnam se
fuisse neminem, qui haec audiret, fugere posse putavit. Si au-
tem Friedlaenderi suspitione probata quatuor sequentes quoque
versus ejicimus, quid tandem de rei cum Ciconibus gestae
exitu narravit poeta? An v. 52 putas excipi posse versu 60?
Graeci autem, qui hos quos habemus versus, in recensione Odys-
seae constituenda probabant, tantopere, credo, ignari erant non
solum ipsorum sermonis, sed etiam omnis recte cogitandi ratio-
nis, ut genuina Homeri verba improbant, illa falso ab inter-
polatore oscitante interposita laudarent! Accedit, quod idem,
quod hoc loco, fit Υ 299, ubi de Aenea Neptunus dicit: κεχαρισ-
μένα δ' αἰεὶ || δῶρα θεοῖσιν ἔδωκε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι, ad quem
locum Schol. A: ἡ διπλή, ὅτι οὕτως εἶπε, 'θεοῖσι' καὶ οὐχ, 'ἡμῖν' ὡς
οὐκ ὦν καὶ αὐτὸς θεός. καὶ ἐν Ὀδυσσεΐα (α 66), περὶ δ' ἰρὰ θεοῖσι' κτλ.

Quum o 483 Eumaeus ipse narret, se a Laerte emptum
esse, versum 388, ubi Ulixes eum interrogat, utrum in direptione
urbis patriae ab hostibus captus sit et deductus τοῦδ' ἀνδρὸς πρὸς
δώμαθ', ὁ δ' ἄξιον ὦνον ἔδωκεν, non posse a poeta profectum esse
putat Friedlaenderus, quum τοῦδε ad Ulixem spectet. Neque du-
bitarem eandem profiteri sententiam, si v. 388 quoque Eumaeus
loqueretur. At Ulixes loquitur nec video cur poeta, quos lo-
quentes facit, nunquam debuerit a vero aberrantes facere, prae-
sertim si Ulixem, quamquam eorum, quae Eumaeus narrat, sine
dubio non ignarum, illam scientiam credimus noluisse prodere.
Eadem morositate vituperaveris Ulixem, quum a Phaeacibus do-
mum navi deductus sit, se in aliam terram avectum esse neque
in Ithacam insulam querentem (v. 211). Denique illud τοῦδε
ad Laertem quoque possit referri, de quo Eumaeus verba fece-
rat v. 353. Cf. praeterea Ameisium ad h. l.

Ad Σ 167 Crusius Heynium refert interrogare, quoniam

modo Achilles arma potuerit induere ei adempta, neque eundem ob magnitudinem corporis potuisse aliis instrui (X 370). Itaque Heynium *θωρήσασθαι* accepisse pro ,accingere se, prodire in pugnam'. Quod licet sine exemplo sit apud Homerum, tamen nihil video, quod obstat, quo minus illud verbum ita interpretemur, ut quod antecedit, positum sit pro eo quod consequitur.

Loco Π 507 emendatione medendum videtur; in K 512 (cf. ω 535) *ὄπα* etiam a *φωνησάσης* potest pendere cf. B 182. Υ 380. La Roche de Accus. p. 162, 4, ubi exempla verbi *ξυνιέναι* cum genitivo personae juncti collata sunt. De τ 351 et ω 268 nihil habeo satis certi, quod afferam. Friedlaenderus Bekkeri sententiam profert (Monatsber. d. Berl. Acad. 1863 p. 651).

Index locorum Homericorum.

B 703 sqq.	19.	α 269—296	23.
Γ 223 sq.	20.	β 60—62	21.
E 902	18.	β 270—280	14.
Θ 186—190	9.	δ 94—96	10.
Θ 230	7.	δ 335	18.
Θ 261—265	13.	ε 432	18.
I 65 sq.	16.	ι 54 sq.	27.
I 320	15.	κ 532	27.
Λ 117	18.	λ 415	7.
N 207	12.	μ 251	19.
N 334 sq.	16.	ο 74	13.
Ξ 80 sq.	13.	ο 381	13.
Π 507	29.	ο 388	28.
Σ 167	28.	ρ 124 sqq.	27.
Υ 200—258	20.	σ 228 sqq.	22.
Ω 721	8.	τ 107 sqq.	11.
		φ 133	26.
		χ 302	19.

Ejus, qui correctoris vice fungebatur, incuria multa manserunt menda, quae delect lectorem benevolum rogat officinae procurator.

- pag. 6, lin. 4, pro Fasii l. Faesii
 12, „ indagendum l. indagandum
 „ 7, „ 3, „ εἶδος l. εἶδος
 9, „ ἐνός l. ἐνός
 10, „ Ἐκτορος l. Ἐκτορος
 11, „ hoe l. hoc
 13, „ abhorrent l. abhorreat
 16, „ l. significare
 28, pro ὡτ l. ὡς
 29, in ὁπότε del. ult. accent.
 „ 8, „ 11, pro ἐπειτα l. ἐπειτα
 12, „ εἶσαν l. εἶσαν
 in λεχέεσσι del. spiritum
 14, l. στενάχοντο
 25, l. ἀπόδοσις
 29, l. νῆάς
 „ 9, „ 5, l. ἐκέκλετο
 6, l. Λάμπη
 19, l. ipsum
 26, l. audaciae
 36, pro sequi l. equi
 37, „ v 109 l. u 109
 post Duentz puncti sign. appon.
 „ 10, „ 15, l. ἀνάσσω
 33, pro si l. sit
 „ 11, „ 15, l. Bekkeri
 18, pro ni l. hi
 19, l. Naegelsb. in praelectionibus
 25, l. ὄφειλα
 32, l. οὐρανὸν
 35, l. εὐδικίας
 36, puncti signum in comma mut.
 38, l. αὐτοῦ
 „ 12, „ 3, l. μνησαμένω·
 13, l. quidem
 30, l. Ποσειδάων
 „ 13, „ 8, l. rectissime
 15, l. θαλάσσης
 19, l. ἀπάσας
 24, l. copula

- pag. 15, lin. 17, l. *auxilium*
 „ 16, „ 2, l. *αὐτὸ*
 „ „ 10, l. *moram*
 „ „ 30, l. *N 334*
 „ „ 32, l. *λιγέων ἀνέμων σπέρχων*
 „ 17, „ 11, l. *ὁμοσε*
 „ „ 20, l. *alterum*
 „ 18, „ 2, l. *comparatos*
 „ „ 33, l. *πολύποδες*
 „ 19, „ 5, l. *καρπαλίμως*
 „ „ 17, l. *fatum pro factum*
 „ „ 20, l. *ἐπεσσυμένοι*
 „ 20, „ *infin.* l. *μαφιδίως*
 „ 21, „ 19, l. *ἀσχετὰ*
 „ „ 21, *pro ut l. et*
 „ „ 31, *post Schol punct. pon.*
 „ 22, „ 3, *pro 6227 l. σ 227*
 „ „ 19, l. *Schol. Harl.*
 „ „ 23, l. *sit,*
 „ „ 26, l. *Itaque*
 „ 23, „ 9, l. *γαμέσθαι*
 „ „ 27, l. *ἐρέης*
 „ „ 28, l. *φράζεσθαι*
 „ „ 29, l. *μεγάροισι*
 „ „ 33, l. *ἀνθρώπους*
 „ „ 36, l. *εὖ*